



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce  
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte  
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi  
coadiutoris**

**Juan <de la Cruz>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1639**

Candido Lectori Interpres.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37873**

CANDIDO LECTORI  
INTERPRES.

**S**A D fidelem, ac numeris omnibus absolutam interpretationem operum V.P.Fr. Ioannis à Cruce, candide Lector, fuissent utiq; necessaria eiusdem Authoris Spiritus sensus, verborumque proprietas: utpote cuius tam doctrinam quam etiam verba cœlitus inspirata existimant omnes. Verum quia experientia compertum est, ex horum librorum lectione plurima spiritualia emolumenta fidelibus prouenire, nefas esse iudicauimus, primam hanc, & nouissimam interpretationem Latinam, qua pluribus nationibus est communior, diutius protrahere.

Quamuis enim non sit usquequaq; perfecta, & aliquibus in locis obscura videatur locutio, mirum videri non debet, si materia ex se intellectu difficilis, alieno idiomate non adeò clara & perspicua reddatur. præstat nihilominus aliquam interpretationem, licet non ita exactam habere, quam nullam.

Deinde propter difficultatem maximam, ne dicam impossibilitatem interpretandi carmina Authoris Hispanica, seruato metro congruenti, ita ut verba verbis, & versus versibus, ad amissim inuicem correspondent, (quod ad illorum explanationem erat omnino requisitum) opus fuit initio explicationis cuiusq; Cantus pone represso loco Canticum Hispanam, una cum sensu literali eiusdem, absque metri quantitate, qui sensus deinceps inseruit

B.  
Johannis  
à Cruce

Opera  
mystica

NV

124

inseruit versuum expositioni. Caterum in gratiam Poëtarum, placuit initio cuiusq; Tractatus præmittere Cantus omnes ad illum spectantes, tam sermone Hispano, quam Latino, metro sapphico, & rhythmico, non iniucundè compositos.

Denique ne quis propter imperitiam *Mystica Theologia*, hæreat in phrasibus, seu mysticis locutionibus in his operibus à V. Authore usurpatis, quaque prima fronte Scholastica Theologia repugnare videntur, nisi sano modo intelligantur; idcirco ad calcem operis annexitur Elucidatio earundem locutionum, erudita satis, ( pro ut legenti patebit ) in qua ex doctrina SS. PP. DDq; utrinque Theologia insignium, earundem phrasium veritas, & cum Theologia Scholastica consonantia luculentemente demonstratur. Vale & fruere.

COM-